

Publication/Creation

1949

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dhu6xy4d>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Præsens commostrat figura aquila caput, cuius nasum incurum cum Sergij Galbe noso compandum concinnè spectandum se offert.



Aduncus nasus.

QUÆ nasum aduncum habent à fronte bene articulatum, magnanimi coniunctur, exemplo aquilarum, ex Aristotele in Physiognomonicis. A quo Polemon, & Adamantius. Aduncis nasis magnanimitatem decet. Albertus ex Loxo aquila nasum magnanimis tribuit. Huiusmodi nasum vulgus aquilinum vocat, & regium quidam preferre existimat, quoniam aquila rex avium habetur, & ob id regalem animum, & magnificentiam polliceri. Apud Persas tali nasi præditum esse magno erat decori, sicut Cyrum memorant historie Xenophontis, & Plutarchi, & ad hanc usq; diem neminem ad id fastigij subrogabant, nisi apprime fuerit nasus. Eum regem supra omnes dilexerunt, illumque magnanimum, & audacem fuisse dicunt. Magnus Artoxeres nasi fuit in aduncum prominente, ut ex argenteo numismate videre est in Musæo fratris doctissimi. Fuit Persearum rex, tanquam ex stirpe maioris Cyri, in eo tanta in donando gratissimi animi magnitudo exitit, ut in referenda gratia, pro agresti sepe munusculo, tenuissimoque officij genere non ingentia modo auri pondera, sed urbes, & prouintias rependeret. Demetrius filius Syriae, cuius Iustinus meminit, grypus cognominatus fuit, quia Græci, qui aduncum habent nasum ruprum vocant. Neoptolemus adunco fuit nasi ex descriptione Daretis Phrygij. Sergius Galba aduncus fuit nasi, ut à Suetonio narratur, & liberalis ab eo describitur. Plato in Euthyphrone Melitum Pitteum, quem in eius accusatione non ingenerose se gessisse dicit, aquilino, & gibbose nasi fuisse. Prominenti, & decenter incurvo nasi fuit Georgius Scanderbechus, qui os

in ma-